UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Enchiridion Sev Manvale Episcoporvm Pro Decretis in Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.

Gavanti, Bartolommeo

Venetiis, 1650

cap. 6. Formulae Edicti de Processione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9534

Visual Library

FORMVLÆ ALIAE EXARANDAE *maiori charactere. Cap. V.*

1 Formula Breuis Profeſſionis fidei.

EGo N. N. recipio, promitto, ſpondeo, profiteor, deteſtor, anathematizo, voueo, & iuro, vt in Decretis, & Formula profeſſionis fidei ex Bulla modo lecti, ſingula ſingulis referendo; Sic me Deus adiuuet; & hæc Sancta Dei Euangelia.

2 Formula iuriſiurandi ab Examinatoribus præſtandi.

EGo N. N. Examinatoris officium, quod ſuſcepi. promitto, ſpondeo, ac iuro, me fideliter, & ſincere, quantum in me eſt, executurum. Sic me Deus adiuuet, & hæ Sanctorum Reliquiæ. Si hæ adhibeantur.

3 Formula iuramenti à Teſtibus Synodalibus præſtandi.

EGo N. N. Teſtis Synodalis à Reuerendiſſimo Epiſcopo nominatus, promitto, ſpondeo, & iuro, quod à modo in antea quicquid noui, aut audiui, aut poſtmodum inquiſiturus ſum, quod contra voluntatem Dei, aut rectam Chriſtianitatem in regione mihi commiſſa factum ſit, vel futurum erit, ſi in diebus meis euenerit tantum, vt meã cognitionem quocunque modo, ſi ſciuero, aut indicatum fuerit mihi Synodalem cauſam eſſe, & ad miniſterium Reuerendiſſimi Epiſcopi pertinere, quod ego nec propter timorem, nec propter præmiũ, nec propter parentelam vllatenus celabo Reuerendiſſimo D. Epiſcopo, aut eius miſſo, qui hoc me interrogauerit: Sic me Deus adiuuet, & hæ SS. Reliquiæ.

4 Formula iuramenti Puntatorum.

EGo N. N. & promitto, & iuro, me in Officio meo Punctatoris obeundo fidem, ac diligentiam præſtaturum ad præſcriptum decretorum, & Tabellæ mihi à Reuerendiſſimo Epiſcopo tradendæ, ſeu traditæ: Sic me Deus adiuuet, & hæ Sanctorum Reliquiæ.

FORMVLA EDICTI *De Proceſſione. Cap. VI.*

N. N. dell'vna e l'altra legge Dottore, Protonotario Apoſtolico, Vicario Generale della corte Epiſcopale di N.

Douendoſi nel giorno....... di queſto meſe comminciare la Sinodo Dioceſana alle hore..... ... con queſto editto, il quale affiſſo alla porta della Chieſa Cathedrale vogliamo, che coſi aſtringa ciaſcuno à chi ſpetta, come ſe gli foſſe perſonalmente intimato; auiſiamo tutte le Confratrie di queſta Città, e borghi; tutti li Conuenti di qual ſi voglia Religione dentro, e fuori di eſſa Città (ſi ea eſt conſuetudo) e tutte le perſone Eccleſiaſtiche beneficiate, e non beneficiate di qual ſi voglia ordine, ancora di prima tonſura, che habiti in queſta Città, e Borghi, obligate de ragione, ò conſuetudine à intrauenire alla Sinodo Diocesana, che'l detto giorno all'hore dette, inſieme con il clero Dioceſano à ciò dimandato, ſi trouino nella Chieſa Cathedrale, le Confratrie con i ſoliti ſuoi habiti, e Croci; i Regolari ſotto le ſue Croci, ſeguendo però tutti la Croce della Cathedrale, & ogn'vno habbia l'habito ſuo conueniente, e le cotte monde per accompagnare la proceſſione generale, che ſi farà per principio della Synodo, dalla quale ne ſperiamo bene vniuerſale à tutte l'anime di queſta Città, e Dioceſi. Auuertendo, che contra i contumaci ſi procederà con pene pecuniarie, e dell'interdetto ſecondo le qualità loro. Dato nel Veſcouato, &c.

FORMVLAE PRO PROMOTORE. *Cap. VII.*

1 Inſtantiæ Promotoris pro Fide profeſſione.

REuerendiſſime Pater, & Domine, Cauit Sacroſanctum Concilium Tridentinum, vt omnes, qui beneficia Eccleſiaſtica conſecuti ſunt, & qui Synodo, Diœceſanæ intereſſe debent, in ea Synodo, quæ primo quoque tempore celebrabitur, fidei profeſſionem faciant, ac præſtent, prout illa Tridentina ſanctione expreſſum eſt.

Ideo ego N. N. huius Synodi Promotor humiliter peto, & requiro, ſanctionem illam legi, & ad præſcriptum ab ijs, qui tenentur, omnia, & ſingula præſtari.